dum Plauen proprietatis titulo olim comparatis ſuperſtites et reſiduos remanſiſſe. Sed cum propter literarum carentiam de predicti altaris confirmatione non plene conſtare poteſt, Ideoque fuit nobis per predictum Nicolaum humiliter ſupplicatum quatenus altare ipſum approbare confirmare ac titulo Eccleſiaſtici beneficii inſignire onera juxta preſcriptam quantitatem poſſeſſoribus eiusdem imponere ac cenſus et prouentus preſentes et futuros in Eccleſiaſticam libertatem recipere dignaremur. Nos vero qui ad diuinum cultum augendum juſtaque petentibus annuendi ſeduli inclinamur, altare predictum dei nomine his ſcriptis confirmamus ac ipſum titulo beneficii Eccleſiaſtici inſignimus, poſſeſſori, ipſiusque jn inpr̃9 in ſingulis ſeptimanis ſemper tres miſſas legat ſuper quo preſentes et futuros volumus onerari recipientes damus cenſus ac alios eiusdem altaris prouentus in Eccleſiaſtica libertate volumus eosdem eadem vna gaudere imponentes etiam eiusdem N pro ſubſidio caritatiuo cuicunque idem ab alio noſtro Clero poſtulatum fuerit

 vnam